

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0157

LOG Titel: De Psittaco Cinereo, seu subcaeruleo. Cap. X.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

DE PSITTACO VERSICOLORE,
seu Erythrocyano. Cap. IX.



Quamuis superior Psittaco *volucre* nomen non malè conueniat, maiori tamen iure hic, quem nunc dabimus, id nominis sibi vindicare debet; quòd isdem, & forte non paucioribus, quam ille coloribus, euidentioribus tamen conspergatur, sic toto vbiq; corpore permixtis, vt nullus ferè dominatù obtineat; quamuis cæruleus, & roseus, seu rubicundus cæteris collati potissimi videantur, vnde etiam

Nominis ratio.

erythrocyanos forsàn dici potest. Est hæc avis dodrantem vnum longa, sic satis corpulenta. Rostrum haud ita vt prioribus grande, subnigrum. Caput, collum, pectus cærulea sunt. Vertex capitis summus macula lutea insignis est. Oculorum regio albicat, Pupilla nigra. Iris fusca. Ventris latera sub summis alis lutea sunt. Venter viridis. Femora è viridi albicant, Vropygium luteum est. Summum dorsum dilutè cæruleum est. Alarum tegetes viridi, luteo, roseo promiscuè cõteguntur. Sic remiges, & cauda totæ roseo perfusa sunt. Dorsus extrema pars seu lumborum regio flauescit, Cauda deniq; pennæ pauculæ, cæq; virides obtegunt. Crura, & pedes cinereo imbuuntur, cætera roseo. Hic fortè ille est, quem in Tarnasari vrbe Indiæ pulcherrimum ac se præmpti colore distinctum reperiri Ludouicus Patritius scriptum reliquit.

Magnitudo.

Rostrum.

Color.

Oculi.

Venter.

Femora.

Cauda.

Dorsum.

Alæ.

Crura.

Pedes.

DE PSITTACO CINEREO, SEU
subcæruleo. Cap. X.



Potissimo partium colore Psittaco huic, vt & reliquis plerisq; nomen imposuimus. Eum acceptum referimus Illustri D. Peregrino Zambecaro Bonon. cuius modi omnes ex Mina ciuitate D. Georgij Indica adferri aiunt. Est dodrantis vnus, & digiti longitudine, Columbæ domesticæ magnitudinè. Rostrum totum nigrum: Suprema tamè pars, quam nares perforât, & membranula, quæ rostrum capiti annectit, candida, cuius albedo ad oculorum regionem in ambitum, & paulò infra extèditur. Corpus reliquum totum vniformi colore cinereo obscuro, seu potius æqualiter subcæruleo est, hoc excepto quòd remiges paulò saturiore sint. Vnicam tamen, & insignem notam, qua ne reliquis Psittacis, qui penè omnes sunt versicolores, prorsus discreparet, à natura obtinuit, caudam scilicet totam cinnabarinò colore. Oculos cingit macula candida; quorum pupilla nigra, iris lutea. Crura, & pedes eodem prorsus, quo plumæ corporis colore prædita sunt.

Nominis ratio.

Magnitudo.

Rostrum.

Color corporis.

Cauda.

Oculi.

Crura.

Pedes.

Cauda admodum breuis est, & vix vltra extremas alas protensa. Fallitur Bellonius, qui canos seu cinereos omnium maximos esse putauit. Non viderat ipse bicubitales illos aphonos, nisi forsàn erythroleucon proximè sequentem dicat, sed hic non canus tâtum, verùm, & ruber est.

Bellonij error.

DE PSITTACO ERYTROLEVCO.
Cap. XI.



Meretur hic ob molem corporis insignem inter maximos reponi. Etenim Caponi etiam grandiufulco par est, longus dodrantem, & palmos duos. Caput collumq; crassa. Corpore toto candidat, modicè tamen fuscus, vt cineritius videatur. Rostrum ei nigrum, vnco quàm in alijs longiori. Postrema tergi pars, vropygium, cauda tota, alarum remiges miniacco tinguntur. Pedes vt reliquis subnigri. De hoc arbitror loquutum Bellonium, quem inquit è Psittacis canos omnium esse maximos. Hic enim reuera canitie quadam totus obsitus est, & magnitudine corporis, vel maximis illis aphonis non cedit, hoc solummodo illis inferior, quòd caudam breuiorem habeat.

Magnitudo.

Caput.

Collum.

Rostrum.

hoc arbitror loquutum Bellonium, quem inquit è Psittacis canos omnium esse maximos. Hic enim reuera canitie quadam totus obsitus est, & magnitudine corporis, vel maximis illis aphonis non cedit, hoc solummodo illis inferior, quòd caudam breuiorem habeat.